



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Decimae empta & priuatae

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

LIBELLVS DE

Sed quid ad me (inquis) quid maiores nostri inse
suscepint aut polliciti fuerint? non potuerunt me su
is pollicitationibus obstringere, &c. Cede ergo bonis
quæ ipsis hæreditate ad te transierunt. Nam si auus
tuus aut parens non habuit ius sua uendendi, impi
gnorandi, aut commutandi, nec ius habuit ea tibi dan
di aut relinquendi. Quod si iure gentium tibi potuit
bona relinquere, prioris etiam potestatem habuit.
Redde igitur quæ debes. Nam si sic licet, præualuit om
nis uis & rapina inter homines, nihil firmum aut con
stans inter mortales amplius erit, nec fides nec iusiu
randum constabit. Sic enim quisque tumultuabitur,
& dicet: Quid ad me foedera, conditiones pacis, uen
ditiones, tabellæ, sigilla? Si parentes mei demortui tibi
fidem dederunt, aut iure iurando præstito aliquid pol
liciti sunt, eos iure conuenias, eos adeas & ab eis po
stules. Quid hæc tempore sint paritura, quis tam cæ
cus qui non uideat: tumultus, bella, seditiones, & quid
quid est usquā malorum. Facile ergo exploratum est
omnibus cordatis, quo spiritu ducantur, qui huiusmo
di sermones in uulgas spargunt, aut huiusmodi uer
ba iacitant.

DECIMAE EMPTAE

& priuatae.

Bona

Bona pars decimarū hodie nec uectigales sunt,
nec tributa, nec census, nec Ecclesiasticæ paupe-
rum, sed emptæ, adeoq; debita.

Quum enim decimæ essent ecclesiarum, tempo-
rum calamitatibus, aut annonæ uitij coactæ sunt ec-
clesiae, ut aut impignorarent aut uenderent suas deci-
mas. Hinc factum est, ut quæ erant liberæ & publicæ,
in ius alicuius priuati hominis transferint, qui aut in
tuo pecuniam ipsis dederit aut totas emerit. Ex simili
causa coacti sunt aliquando generosi & nobiles, imo
principes aliqui, iuri suo, priuilegijs, & decimis suis
cedere opulentis & potentibus ciuibus, qui eas eme-
runt, aut alio pacto per iustum contractum sibi uen-
dicarunt. Huc pertinet quod non raro illustribus qui Donatiōes.
busdam & fortissimis uiris decimæ munere honora-
rio & libera donatione donatae sint. Ut reges dona-
uerunt principibus suis, quorum fidem in ministerio
essent experti.

Quum uero primum ius in alios iam sit transla-
tum, tumultuantur quidam, & decimas se non debe-
re existimant: nec interim expendunt tumultuosī ho-
mines per mutationem dominorum aut possessorum,
ius possessionum nec irritum fieri nec eneruari. Ad
hæc quod possessor princeps ius habet sua largiendi
& donandi, 1. Samuelis 8. Item quod decima etiam
si aliquando tributum fuit istorum uel illorum, iam de-

C 2

L I B E L L V S D E

bitum est. Quandoquidē ergo Paulus dicit, Reddite omnibus quod debetur, et decima debitum est, consequitur decimas priuatas et emptas esse dandas.

D E C I M A E M O N A=

steriorum.

Nec unius sunt generis monasteriorū decimæ. Quædam enim emptæ sunt, quædam ex libera donatione, quædam nec emptæ sunt nec donatae. Hypocrisis enim, falsæ religionis species, ope rumq; proprietatum fiducia principum et nobilium oculos ita præstrinxit, ut quasdam decimas monasterijs donarent libere, quasdam uenderent uilissimo precio, hac tamen conditione, ut annuam memoriam eorum et maiorum haberent in Missa: tametsi quæstus et missarum nundinatio non ita dudum inoleuit. Ab initio longe alia fuit ratio monasteriorum, quam nostris temporibus fuerit. Scholæ erant omnis disciplinae, honestatis, innocentiae, uirtutis, et ueræ eruditio nis. In his alebantur ac educabantur piorum hominum liberi, in timore dei, et ad literarum studia, maxime sacrarum, ex quibus deinde ad prædicandi officiū admo uerentur. His alendis ac educandis dabantur decimæ, ex ipsis enim parœtiarum præsides et pastores sumpti sunt doctissimi quiq;. Hinc factum est, ut et ecclesiastum